



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Orationes Ante Et Post Missam Dicendæ**

**[S.I.], 1649**

Gratiarvm Actio post Missam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55282](#)

**GRATIARVM ACTIO.**  
*post Missam.*

Gratias tibi ago, Domine  
Iesu, qui Corpus tuum &  
Sanguinem, in cibum & potū  
mihi parasti, suscipe me, & hoc  
sacrificium, ad laudem, & glo-  
riam nominis tui, ad salutem  
animæ meæ, & Corporis, ac  
deuotorum meorum paren-  
tum, amicorum, fratribus, so-  
rorum, & benefactorum no-  
strorum, & eorum, qui à me  
pro se, & suis auxilium oratio-  
num & Missas petierunt, siue  
sint viui, siue sint defuncti.  
Suscipe etiam, quas obtulimus  
hostias, pro pontifice & Impe-  
ratore nostro, pro Regibus &  
principibus Christianis, pro  
superioribus nostris, & yniuer-  
sa.

*post Missam.*

¶

sa Congregatione, pro omni  
Ecclesiæ gradu, pro peccato-  
rum subleuatione, hæretico-  
rum & infidelium illumina-  
tione, & omnibus gratiam tu-  
am poscentibus: ut in pericu-  
lis auxilium, in infirmitatibus  
sanitatem, & à penitentia liberatio-  
nem sentiant. Noli me pro-  
pter peccata mea damnare,  
sed per hanc perceptionem, re-  
demptionis nostræ, ab ira tua,  
& à peccatis me liberare di-  
gnaris, & præsta salutaris me-  
us, ut cum frequentatione mi-  
nisterij tui, crescat meæ salutis  
effectus, Amen.

**O** Domine I E S V Christe,  
in memoriam immensæ  
tuæ charitatis, qua propter  
me

me natus, passus, Crucifixus  
& mortuus es, offero tibi hu-  
ius Missæ, & omnium Missa-  
rum, quæ in toto mundo  
sunt, hostiam sacrosancti Cor-  
poris & sanguinis tui, obse-  
crans per viscera misericordia-  
tuæ, ut suscipias, & Patri tuo  
offeras, in ea virtute, qua illi  
in cruce moriens, spiritum cu-  
mum tradidisti: ut viuis tuam  
gratiam, & defunctis requi-  
em, & omnibus nobis miseri-  
cordiam, vitamque largi-  
aris sempiternam,  
Amen.



GRAC